

1618
1618



1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



DISPUTATIO IURIDICA
SOLENNIS
DE
ANNUIS RED-
DITIBUS.

An & quando illi ultra Alterum tantum
debeantur,

Ad Explicationem Novell. 160. & Text. parallel.

DIVINA FAVENTE GRATIA,

SVB PRÆSIDIO

AMPLISSIMI CONSVLTISSIMI ET
EXCELLENTISSIMI VIRI

DN. IOH. OTTO THA-
BOR, U. J. D. ANTECESSORIS, IN
INCLYTA HAC UNIVERSITATE COD.
AC FEUD. PLACIT. PROFESSORIS ORDINA-
rii, & spectabilis Facultatis Juridicæ h. t. Decani, Dn. Patroni
ac Præceptoris sui æviterno observantis animi
cultu demerendi.

Ad diem 7. Martii, horis matutinis,

DEFENDENDA

â

JOHANN-PHILIPPO Rast / ARGENTINENSI

suscepta

In auditori Majori

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDREÆ.

M. DC. XLVI.

411

Disp. 27.

27

V I R I S
NOBILITATE GE-
NERIS, CLARITATE,
PIETATE, PRUDENTIA, REVERENDA
DIGNITATE, AMPLITUDE, EXPERIEN-
TIA, VARIARVMQVE RERVM VSV
PRÆCELLENTIBVS.

*Dn. ISRAEL DIEFFENBECHER, XV. viro. Collegii Schenck-
becheriani Ephoro, & h. t. Directori.*

Dn. NICOLAO JUNDT, Reip. Syndico. dict. Coll. h. t. direct.

*Dn. JOHANN-RUDOLPH SALTZMANN, Med. Doct. & Prof.
publ. Cap. Thö. Dec. Reipubl. Archiatro, & d. Coll. Senior.*

*Dn. JOHANN SCHMIDT, SS. Theol. D. & P. P. Conventus Eccl.
Præsidi, & Capit. Thom. Praeposito.*

Dn. JOHANN-PAULO REICHARD, Triumviro Reip. monetar.

Dn. MELCHIOR GREUNER, U. J. Doct.

*Dn. JOHANN-FRIDERICH à Gottesheim. Quaestori ad S.
Nicolaum in Vndis.*

Lautissimi Legati Schenckbecheriani Præ-
fectis & executoribus fidelissimis

*Dnn. Patronis, Promotoribus & Fautoribus
suis perpetim colendis & suspiciendis,*

*In debita gratitudinis testimonium, & sui
ulteriore recommendationem*

obsequiosè dedicat

Johan. Phil. Rast.



Consultationis Academicæ

De beneficio L. 27. §. 1. C. de Usur. & Text. Parall.

PARS TERTIA,

Quâ Limitationes & Exceptiones ejus Regulæ tum veræ, tum suspectæ examinantur.

ARTICULUS I.

De Limitatione primâ Legali & Canonica ex Novell. 160. orta, aq̄ annuos redditus concernente: & quàm malè illa partim allegetur, partim impugnetur.

I.

Reddidimus hætenus Legislationi Justinianæ, de altero tanto disponenti, pro virili nostrâ, vigorem suum & robur inconcussum: Quia verò ipse Justinianus ab istâ Constitutione regulari, unum atque alterum casum excepit; necessarium est, ut ipsas quoque exceptiones illas perpendamus, & à suspectis limitationibus discernamus: maximè cum Justinianæ à nonnullis explodantur, aliæque ex adverso, sed futiliores substituantur. Exceptionum autem virtute roborata, ipsa regularis Constitutio magis firmabitur; & ceteræ sublestæ limitationes eò fortius excludentur. arg. l. quasitum. 12. §. 43. vs. nam qui. de instructo & instrum. legat. & exemplo l. 18. de testibus. ac

Rast.



bus. ac l. 28. §. 6. Qui testam. fac. poss. Hartman. Pistor. 2. quæstion.
27. n. 7. p. m. 567. Cubach. brocard. 7. pag. 20.

II. Et in initio quidem Dd. communiter annotant, Justinianum ipsum excessum alterius tanti admisisse in annuis redditibus, (sic illi indefinitè rem efferunt) si enim intra legitimum modum & juxta Recess. Imper. de Anno 1548. in reform. polit. sub Tit. Von Bucherlichen Contracten. §. Und demnach die widerkauff's Gültten: ac Constitutiones similes, annui redditus alicui promissi sint aut constituti: Vel ex Justinianea concessione etiam in infinitum eos exigi posse; licet ultra alterum tantum pretii emptio- nis jam exsoluti sint, Communi ore Dd. tradunt v. Gail. 2. observ. 7. n. 8. & 15. Borchold. de usur. cap. 4. n. 33. Frider. lib. 2. cap. 72. de prooessib. n. 3. & seqq. Berlich. 1. decis. 30. n. 5. Quod & Canonico Jure approbatum ajunt, nempe per cap. 1. & 2. X. de emt. Vendit.

III. Rationes differentia inter usuras & redditus annuos, ple- rumque has assignant (1.) quod annuorum reddituum compara- tio instituatur per emptionem venditionem: Itaque emptor non tam ex re aliena, quam ex propria fructum percipere videatur, quem in infinitum excurrere nihil vetet; Sunt ea verba Gail. d. n. 7. Carpzov. part. 3. Jurispr. Forens. constit. 24. definit. 12. n. 5. & seqq. Fructus enim non cadunt propriè sub usurae appellationem; sed sub causa & ipsius adeo rei persecutionem, ait Molinaeus, de Usur. n. 604. vs. 5. coll. Carpz. quest. Crimin. 92. n. 64. & in Jurispr. Fo- rens. d. part. 3. constit. 24. definit. 19. n. ult. Quæ ratio à Martino Pontifice canonisata est, in d. cap. 1. & 2. Extravag. commun. de emt. vendit.

IV. Addunt (2.) alii etiam generalem hanc differentiam, quod usurae odiosae sint & jure divino & Canonico prohibita: contra verò annui redditus sint omni Jure approbati d. cap. 1. & 2. Perez. in Parat. C. de Usur. n. 17. latè Gudelinus de Jure novissimo lib. 3. cap. 3. n. 36 & seqq. Vnde Dn. D. Frider. Balduin. lib. 4. cas. consc. cap. 3. cas. 4. quæstionem, an divitiæ illa rectè parta sint quæ per usu- ras colliguntur? In Universum hac distinctione determinat: in- ter usuram propriè sic dictam & inter compensationem, seu cen- sum aut pensionem annum, pro certa pecuniæ summa. Ad usu- ram propriè dictam porrò quinque conjunctim requirit (1) mutu- um. (2) pecuniam. (3) lucrum ultra sortem. (4) id quod exigatur tantum

413

tantum propter officium mutuationis & quidem (5) cum manifesto debitoris damno. Has usuras à pauperibus & egentibus sine peccato non posse exigì: à divitibus posse. Aliud v. esse in pensionibus & redditibus annuis. (1) quia his plerumque debitores ditiores utantur ad amplificandas opes suas. (2) quia in scripturis nusquam prohibeantur: Sed (3) potius permittantur per generalem charitatis regulam *Luc. 16. vers. 3.* prout vultis ut faciant vobis homines, ita facite illis. (4) Et per ordinem charitatis, quæ exigìt ut initio nobis benè præsimus *1. Tim. 5. v. 8.* (5) quia & agrum elocare & fructus à Locatario percipere liceat. (6) quia solutio census ànui sit quædam species gratitudinis quã debitor creditori debeat, cujus pecunia res suas auxerit, (7) quia aliter pecunia commodè locari nequeat, (8) quia & mora censum annum plerumq; licitum faciat, &c. *Hæc Balduin.* ¶ Quin & eo (3) ratio collocandæ pecuniæ, quam redditum annum appellamus, dissimilis ab Usurarum conventionem ostenditur, quòd ubi creditor liberè potest repetere sortem, illi meritò imputari possit, qui mavult usuris debitorem opprimere, quàm sortem exigere: & si non exigat, sibi, non alteri debeat imputare, quod pecuniam sterilem apud debitorem residere patiat; Sed in annuo redditu, cum ita fors sit alienata, ut repeti non possit, & ejus veluti pretio emta sit aliqua pensio, eà tamen conditione, ut Debitor sortem, cum volet reddendo possit se liberare: haud æquum foret, si is, ubi Creditori tantum per annos aliquot jam fortasse dependit, quanti fors est, pensionem deinde solvere nollet, quam tamen adhuc retinet. Eàque de causâ meritò *Novell. 160.* constitutum esse, aiunt, ut Jura, que vetant usuras ultra quantitatem sortis ascendere, minimè ad negotium annuorum reddituum porrigantur: *sunt verba Balduini Icti in Justiniano suo. pag. 93. quæ fideliter iterum non laudato Autore, refert & retinet Guilhelmus Masius, opin. 20. n. 24.* Eademque etiam ratione utitur Francisc. Raguel, in *Comment. ad L. 10. C. de Usur. circa fin.* & Pacius in *Comment ad L. 10. eandem n. 9. ibi: si quis querat, unde dignosci possit utrum sit annuus redditus, an usura: Mihi ejus Novellæ verba perpendenti, videtur distinctio in eo statui; Quòd ubi usuræ debentur, Debitor aliquando sortem reddere cogitur. Cum autem sunt annui redditus, semper in arbitrio Debitoris est, utrum malit reddere, an retinere sortem, ita, ut reddens liberetur ab omni obligatione: quamdiu verò illam retineat, annuos redditus præstet.*

V. Sic ergò, dicat quis, Disputatio vestra, quam tanto in Superioribus Exercitationibus propugnastis conatu, bonam partem concidet, ac nominibus potius, quàm rebus opera lusoria fuerit collocata, cum notum sit, in præcipuis Germaniæ oris homines ex redditibus potius auß ihren Renten/ quàm ex fœnore vivere; ac proinde, Redituarios v. P. Bussum. l. 1. de re dit. ann. C. 13. n. 4. seu Rentenarios (liceat nobis per Salmafios sic ἰνομαστοποιεῖν) Rentener sive Rententerer / aut censuales dominos, qui ex censibus & proventibus annuis vivant: quam fœneratores & usurarios, Bucherer/ appellari malle Adde inf. art. 2. §. 6.

VI. Quin imò sunt ex eruditorum atque adeò ipso Theologorum & Jctorũ censu, veluti Henricus Gandavensis quotlib. 8. quest. 2. 2. Bernart. Senens. de Evangel. etern. serm. 41. cap. 2. Salicet. in Auth. ad tit. C. de Vsur Guilielm. tr. de Vsur. n. 13. qui ultrò fatentur, verè judicantibus annuos redditus nihil aliud esse, quàm usuram: quomodo loquitur ipse Cujac. in Comment. ad d. Novell. 160. qui ideò hanc inter ambitiosas Triboniani Novellas numerat. arg. l. Titius. 24. ibi: pactique sunt ut ex re ditu eius pecunia. de præscr. Verb. cum modus rogandi pecuniam mutuam, discrimen inter re ditum & usuram non faciat. Unde Cujac. dict. loco. concludit & agnoscit: re ditum ædium aut fundi duplo non finiri: re ditum verò pecuniæ duplo finiri asseverat. Collaudat hanc Cujacij εὐκλειον Dn. Carpzov. part. 3. Jurispr. Rom. Sax. ad Constit. 24. defn. 17. n. 5. Ac distinctionem istam jam antea ipsi Luthero quoque placuisse cognoscimus ex adhortatione An den Christlichen Adel teutscher Nation/ de Anno 20. quæ extat tom. 1. Jenens. G. p. 314. §. aber. ubi scribit: Das größte Unglück teutscher Nation sey gewißlich der Zinstkauff: Wo der nicht were / ait ille, müste mancher sein Seiden / Sammet / gulden stück / Specerey / vnd allerley prangen wol ungetaufft lassen. Er ist nicht viel über 100. Jahr gestanden / vnd hat schon fast alle Fürsten / Stifft / Stätte / Adel / vnd erben in armuth / jammer vnd verderben bracht. Solte er noch 100. Jahr stehen / so were es nicht möglich / das Teutschland einen pfenning behielte / wir müßten vns gewißlich vndereinander fressen / der Teuffel hat ihn erdacht / vnd der Pabst wehe gethan / mit seinem bestättigen / aller Welt. Darumb bitte ich vnd ruffe hie / sehe ein jeglicher sein eygen / seiner Kinder vnd Erben verderben an / daß ihm nicht für der Thür / sondern schon im Hause rumort / vnd thu dartzu Keyser / König / Fürsten /

Fürste
verdan
sein
auff ge
Erbgü
ja ein
zig auf
anzeig
verkau
chen/n

V
ductit
tera or
aliis ex
sam ve
enim a
set; qu
Veteris
consule
hanc a
derent
quod v
pecuni
ex cuju
rionib
um spa
penes e
tuum e
tam es

V
tander
mo loc
quis u
net m
in aliu
Prate
suum

474
Fürsten/ Herrn vnd Städte/ daß der Kauff nur vffs schierste werde
verdampft/ vnd hinfurth entwehrt/ vnangesehen/ ob der Pabst vnd all
sein Recht oder Vnrecht darwider sey/ es seyen Lehen oder Stiffe dar-
auff gegründet. Es ist besser ein Lehen in einer Statt/ mit redlichen
Erbgütern oder Zinsgestiffe / den hundert auff den Zinskauff:
ja ein Lehen auff dem Zinskauff ärger vnd schwerer ist / dann zwanz-
zig auff Erbgütern. Fürwahr es muß der Zinskauff ein figur vnd
anzeigen seyn / daß die Welt mit schweren Sünden dem Teuffel
verkauft sey / daß zugleich zeitlich vnd geistlich Gut vns muß gebre-
chen/ noch mercken wirs nicht.

VII. Atque eam litem novissimè suam propriè fecit, con-
ductitius Usurarum Patronus CLAUDIUS SALMASIUS, qui, ut cæ-
tera omnia quæ sparsim contra Jus Civile, eorumque interpretes
aliis excidere, improba diligentia convasavit, istam quoque cau-
sam vehementius nuperè discussit, in tr. de fœnore trapezitico, Cùm
enim à pagin. 77. multa in annuorum reddituum originem dixis-
set; quòd scil. Canonistæ, qui usuram Sacra pagina, tam Novi quàm
Veteris Testamenti contrariam contendant, ut suis nihilominus rebus
consulerent, & doctrinæ, quam imbibebant, simul satisfacerent, viam
hanc astutè institerint: de trapezitica usura parùm solliciti, quia vi-
derent, non se posse esse trapezitas, itaque hoc, cuius apud Veteres ali-
quod vestigium fu erat, recepisse. Solitos enim fuisse Veteres, aliquam
pecunia summam Testamento, certis Corporibus & Collegiis relinquere,
ex cuius redditu quotannis natali suo epulum aut propinationem Decu-
rionibus Collegij præberi vellent, aut profusiones florum fieri, & missili-
um sparsiones, aliasque bændosis seu largitiones distribui, sorte semper
penes eos, quibus ea conditione, legata erat, manente: Ad eorum redi-
tuum exemplar, annuorum reddituum hodiernorum formam constitu-
tam esse.

VIII. Cùm inquam, hæc & alia præmisisset SALMASIUS,
tandem pag. 81. refutationem rationis primariæ, & pri-
mo loco, pro redditibus annuis allata, aggreditur, his verbis (1)
quis unquam talem rationem vidit, in quâ pretium quod dedi, ma-
net meum, in meis bonis computatur, à me transfertur, ut libet,
in alium, alij creditur, donatur, doti datur, etiam alij venditur?
Præterea (2) ille, cui hoc precium pro redditu traditum fuit, aded
suum illud non facit ut pro eo pensionem solvat? At nemo pro



re suâ quicquam alteri præstat pensionis aut mercedis : si suum non est, alienum est. Manet ergò Creditoris.

IX. Non est proinde (pergit ille) pactio ista emtio venditio (3) dicenda : in emtione quippe pretium fit Venditoris, res quæ empta est, emptoris, & utriusque in perpetuum uterque Dominus existit. Hic verò reditus, quem emi, quotiescunque Venditori libuerit, à me aufertur, pretio restituto. (4) Reciprocum hoc saltem esse debuit, inquit : Non est ; Non enim ego possum ab invito repetere quamdiu reditus illos mihi solvit. Mille aliæ sunt causæ, quæ afferri queunt, confutandæ talis adinventio- nis absurditati, Nebula circumfusa Æneæ apud Poëtam, ne à Pœnis agnosceretur, plus habuit soliditatis, quam hoc velum, quod obtenditur Usuris. Et competunt in eos, optimeque quadrant, hæc Verba Satyrici :

Sancta Caverna.

Da mihi fallere, da sanctumque piumque videri,
Noctem peccatis & fraudibus obiice nubem.

X. Hæc SALMASIUS : similia scribit P. Friderus *lib. 2. de Mandatis, d. cap. 72. n. 13.* ubi ait : Semper mihi visum fuit, istam annuorum redituum emptionem nihil aliud esse, quam usurarum quandam quasi vel colorationem, vel plausibiliorem quidem agnominationem, quæ tamen à vera & legitima usurarum stipulatione, in rei veritate & substantia, parùm vel potius nihil differret : Ita, ut Imperatores, Reges, & Juris Consulti, qui istud emtionis genus comprobarunt, vel introduxerunt, Usuras τῆ ἐπινομή quidem sustulisse, re ipsa stabilivisse videantur. Et ita sola nominis vel vocahuli mutatione Sacræ Scripturæ Charybdes, quibus usuræ vehementissimè colliduntur, evitare voluisse. quòd *n. 15. & seqq.* octo rationib⁹ prolixè it probatum : Laudat autè hunc Frideri locum etiam C. J. A. *de contrah. emt. th. 67. n. 3. ibi* : non negamus, multa subtiliter disputari contra posse, & Cujacium atque Friderum rationes adferre non contemnendas ad probandum nihil agi aliud hæc redituum pecuniæ (aliud in fundo statuit, & largitur ipse Cujac. *Novell. 160.*) emtione, quam ut sub specie quadam usuræ tegantur & colorentur. Addatur Ernest. Cothmann. *2. responsor. 52. n. 70. & seqq.* ubi consimilem originem reditibus assignat, cum SALMASIO, & *n. 86.* plures alios citat, qui reditus ab usuris nihil differre, scripserint, nempe Bald. Seifel, Hottom. Socin, Jun, Elbert, Leoninum & alios

Conf.

Conf. Ia
Ex qui
laudat
XI
ult. in h
otium
niorum
insigni
num, l
tuum c
ipsis tr
onem
Imper
bus ob
inveni
tia rel
Juris f
subsidi

I
hujus
quippe
à Joha
SALM
Devlia
ficere p
hac de
stiores
128. qu
Iohann
teraru
dit: ne
ctorita

Exhib

415.

Conf. Jacob. Mastert. lib. I. de Iustit. Roman. Leg. cap. 20. n. 3. & ult.
Ex quibus SALMASIUS sua, more solito est mutuatus, nemine
laudato.

XI. Sed ut Hyperphialo illi nostro *vid. Forner. 3. Selectionum*
ult. in hoc etiam argumento, cui per aliquot annos incomparabile
otium suum dicavit, ostendamus, expilationem alienorum scri-
niorum & eruditionem per indices comparatam plerumque cum
insigni oscitantia conjunctam esse: Probabimus (1) nec Justinia-
num, Nec Pontificem Martinum, aut Calixtum annuorum redi-
tuum compendia in ea admisisse latitudine, quæ à SALMASIO
ipsis tribuitur: adeoque non Jus; sed abusum Juris reprehensi-
onem mereri. Probabimus etiam (2) posteriores Pontifices &
Imperatores abusum istum ad certos restrinxisse cancellos: Qui-
bus observatis (3) inculpationes SALMASIANÆ locum nullatenus
invenient: Sed (4) latissima inter usuras & reditus tales differen-
tia relinquetur. Et tandem (5) ultrò consequetur, abusum
Juris frustra à fœneratoribus trapeziticis & eorum Patronis in
subsidiium vocari appellarique.

ARTICULUS II.

De Vera & genuina Sententia Novell. 160.

I. Desiderabit forsitan aliquis, ut antequam de Sententia
hujus Novellæ loquamur, prius eiusdem auctoritatem firmemus:
quippe, cum illa in vetustioribus membranis non habeatur: Nec
à Johanne aut cæteris antiquis Glossatoribus agnita sit: Sed quia
SALMASIUS, cum quo nobis hîc potissimum res erit, de ista *av-*
devlia nihil movet nec, dubitat *d. tr. de fœnore trapezit. pag. 78.* suf-
ficere poterunt, ac hîc transferenda erunt, quæ *part. 2. art. 4. §. 7.*
hâc de re annotata sunt. Certè membranas & Interpretes vetu-
stiores morari hîc non debemus: quippe, cum illæ ultra Novell.
128. quæ est de Collatoribus & aliis Capitulis, non procurrant: Nec
Iohannis interpretatio ultra 123. Novellas evolvat: Quod si ergò cæ-
terarum etiam Novellarum auctoritati ex hoc defectu nihil dece-
dit: nec nostræ, intercidente licet isthocce testimonio, fides & au-
toritas derogabitur.

II. Itaque interpretationem ipsam statim aggrediemur.
Exhibet autem Novella ista & querelam Aphrœdiensium; & re-

A 4

medium



medium Imp. Justiniani. In querela attendendum tum ad Supplicantes; tum ad narrationem ipsam. Supplices illis Verbis describuntur: Aristocrates prudentiss. Aphrodiensis Reipublic. Pater quique in ea immobilia possident. Primarius & Princeps Supplicantium est Ἀριστοκράτης (egregij ominis nomen & Magistratui convenientissimum) ὁ ἐλλογιμώτατος πατὴρ τῆς Αφροδιείων πόλεως: Aristocrates Aphrodiensium Civitatis (sic malo quam Reip. v. Cuj. 19. O. 14) Pater. de Urbe ipsa, cum varia ejus nominis fuerint consule Panciroll. in notit Imperij Orient. cap. 140. §. 6. Intelligitur autem hoc titulo Curator Civitatis, discussor pecuniae publicae, operumque publicorum: Traducto nomine ex ipsa Urbe Roma: Ut enim ibi Patres appellati sunt Senatores: sic hi qui praecipuam rerum Civitatis curam gerebant, quasi Patriae Patres dicti sunt l. 3. ubi Cujac. & Gothofred. C. de his, qui sponte publica munera subeunt. adde Cujac. 12. observ. 30. Erant enim in aliis quinque primi, in aliis viginti primi, Patres; in aliis decem Patres δεκαπρωτοι decem primani l. 1. §. 1. de Muner. & honor. dicti l. 3. §. Decaprotos, 10. de Muner. & honorib. l. 10. de Pollicit. ubi Cujac. in Modestino. Adjuncti illi fuerunt, οἱ καὶ αὐτῶν κειλημένοι: quibus verbis hoc loco ἐξοχικῶς intelliguntur ipsi Decuriones, qui in municipiis consilio publico praerant, qui quod est locupletioribus eligerentur & Civitatis praedia possiderent, Possessores absolutè & eminenter dicti sunt. l. 1. de decret. ab ordin. fac. l. 6. C. de omni agro deserto. C. Iur. Arg. de Decurionibus. th. 2. Haec de Supplicantibus.

III. Inspiciamus Supplicationem ipsam: Ejus integrum tenorem olim haec Novella retulit: Sed praecisa postmodum est, forte quod nimium verbosa esset, vel quia sufficere putabatur relatio Summaria, quae exhibet initio conventionem: tum contraventionem: denique effectum & eventum. Conventio seu Pactum, quod Civitas Aphrodiensis cum Debitoribus suis inierat, ita habet: Cum benè magna auri Summa Civitati collecta esset, ex Legatis relictis à quibusdam (benè adfectis) Aphrodiensium Reipubl. [. Licet enim olim Civitatibus relinquere non posset, tanquam incerto corpori. Vlpian. in fragm. tit. qui hered. inst. poss. postea tamen potuit, ut Pp. rescripserunt saepe l. 73. de Legat. 1. l. 12. ut in poss. leg. & Senatus comprobavit, Vlpian. in fragm. de Legat. l. 26. ibi: Apronianum scilicet. ad scilicet. Trebell. in favorem scilicet. Civitatum, quae multis indigebant subsidiis & Sum-

& Sumtibus, in opera, balnea, alimenta, eruditionem puero-
 rum: in quos usus Legata ferè erogabantur. *l. si quid. 117. de Legat.*
 I. aliquando etiam ad honorem & ornatum Civitatis *l. 122. d. t.*
 vel in Spectacula & ludos, *l. 16. & 17. de Vsu. & Vsufr. l. 21. §. 3. de*
ann. legat. (Salmasius diversos & rariores usus allegat, v. sup. art. 1. §. 7.
juncta l. 20. §. 1. l. 23. de ann. legat. qui fines. ut eò religiosius custodi-
 rentur, adijciebatur aliquando legato conditio, si municipes juras-
 sent, pecuniam in hos, nec alios usus impensum iri. *l. municipi-*
bus. 97. de condit. & demonst.]

Ne verò ista pecunia Reipublicæ deperiret, intercideret & e-
 moreretur, Magistratus eam aliis collocasse, sub hâc lege, conven-
 tione & pacto, memoratur, ut *quamdiu id aurum apud suscipientem*
resideret, tamdiu is, quoquo anno Civitati de eo dependeret quantum
æquum foret Remp. ab eo accipere compensationis vice, sive
compendium illud appellare libeat *ρομὴν* (quæ vox hoc loco stipen-
 dium & lucellum notat, à *ρέμω*) sive *πρόρον*, (Creditum, obventionem,
vestigal.) aut planè *τόκον*, fœnus & usuram: sive, ut in cap. 1. dici-
 tur, *τέλῃ*, vestigal aut pensionem.

IV. Contraventio (ut pragmatici vocant) sive desertio pa-
 cti, his verbis memoratur: Eos verò, qui aurum susceperant,
 postquam constitutio publicata esset (Novell. 121. & 138. ne Cre-
 ditoribus permittatur ultra duplum exigere; sed, ut hoc ipso du-
 plo contenti sint:) eâ abuti & ad hanc quoque speciem trahere
 ac cum pactos redditus per multos annos præstiterint, id agere, ut
 fors ipsa vigore dictæ Constitutionis absorpta videatur.

V. Eventus denique sinister & adversarius indicatur qua-
 druplex: fieri enim sic (1.) ut Legata Civitati ab hominibus in Pa-
 triam [*l. 23. §. 3. de ann. legat.*] piis & propensis extinguantur. (2)
 calefactiones balnearum publicorum, quæ exinde curabantur,
 detrimentum patiantur *v. de Metatis. p. 127. & pag. 251. ubi de bal-*
neis d. (3) Opera publica quæ inde juvari debebât, occasione L. Justi-
 nianæ labefactentur. (4) Atque ita vel Legem ipsam, vel vi-
 tiosam saltem ejus interpretationem, vitium adferre (sive nocere
 aut detrimentosam esse) Civitati prædictæ, *contra l. 6. C. unde*
Vi. cap. qualiter & quando 24. de accusat. Hactenus querela.

VI. Sequitur *remedium*: quod positum est in constitutione
 & sanctione. *Constitutio* seu ordinatio continet & jussionem, &
 prohibitionem, seu correctionem. *Iussio*, concernit Debitores

K

prædi-



prædictos, quibus injungitur, ut quantisper pecuniam seu aurum
Reipubl. sibi lege præmissa creditum penes se habeant, inferant id,
quod pro eo illaturos se pacto constituerunt *ἔτους ἐνάτου* (quæ verba
in Haloandrina & vulgata versione transposita, & ad subjectum
translata sunt, cum prædicato ab Imp. studiosè apposita sint:
promiserunt scil. Debitores isti non absolutè aut mensuris termi-
nis usuras esse illaturos; Sed annis singulis) *Prohibitio* in eo con-
sistit, ne contra hanc jussionem, abutantur Justiniana Constituti-
one alia (d. Novell. 121.) Cùm magna sit inter utrumque casum
differentia. Nam (1) quod ad subjectum attinet illa scripta est *ὅτι
ὑπερεστώ* (Holoander vertit Creditores: subaudiendi autem sunt
ij in specie, qui mutuam dant sub fœnore: hoc enim *ὑπερεστώ* pro-
prie sonat cùm alibi, tum in his quoque Constitutionibus: ut ipse
SALMASIVS fateri cogitur d. tract. de trapezit. fœnore p. 554. & pag.
555. ibi: apud Iustinianum in Novellis, & apud alios Græcos recentio-
res *ὑπερεστώ*, sunt quilibet Creditores privati, qui dant fœnori, & fœ-
nus exercent: ut in Novell. 4. veteres Glossæ Verborum Iuris, quæ in Ba-
siliensibus reperiuntur, apud Labbeum pag. 17. *ὑπερεστώ ἐστὶ ἐξ ὀκτώ διήας
ἡσώμεν* & Germanis *Bucherer* dicuntur) (2) quod ad objectum, la-
git d. Novell. 121. de Usuris propriè dictis: At ista species & Con-
stitutio (1) non agit de Creditoribus ac Fœneratoribus privatis;
sed de Civitatibus, quarum Imp. æque curam habere debet, ac re-
rum Fiscalium (2) nec agit de usuris illis mensuris: sed de redditu
annuo, certa lege constituto.

VII. Subsequitur denique *Sanctio ipsa*, h. e. illa pars Legis,
quæ pœna constituta est adversus eos, qui contra Legem hanc
pragmaticam fecerint. §. *sanctæ* 10, *Inst. de R. Divis. l. Sanctio*. 41. de
pœn Exhibet autem cùm pœnam ipsam, tum rationem pœnæ.
Pœna in eum, qui iuterpretatione maligna, Novell. 121. ad hunc
quoque casum traxerit, & Civitates auro sibi credito fraudare vo-
luerit, hæc constituitur: ut præter exsolutionem debiti cum resi-
duis pensionibus integra *τὸ διπλάσιον* (quod Holoander duplum
vertit: fortè rectius alterum tantum, & tantundem intelligemus
ut pœna simpli sit. Adhibe ips. *Salmas. de modo Usur. cap. 8. p. 333.*) red-
dat, sive insuper præstet.

VIII. Rationes pœnæ hæc allegantur (1) ut pravæ & de-
tortæ interpretationis iniquus debitor *δικαίαν ἀποσθῆν*, justam re-
tributionem & talionem sentiat; ac qui Civitates verb. gr. centum
flore-

florenis in sorte privare voluerit, ipse eadem sorte de patrimonio suo multetur (2) Ut ingratitude civis impij puniatur, qui, cum patriæ commoda labore & ære suo promovere omni conatu debebat, tam improbus fuerit, ut propriam veluti Matrem, injuriâ afficere non dubitaverit: Atque ita ingratitude si non directè, saltem oblique, punitur, vid. Senec. lib. 3. cap. 6. & seqq.

IX. Ex hac analysi jam suapte vi resultat & elucescit quadruplex differentia inter usuras fœneratorum, & redditus annuos civitatum, de quibus Jmp. in d. Novell. 160. agit. primò enim rationem decisionis suæ separatæ & diversæ Jmp. fundat in qualitate singulari Creditoris, qui in d. Novell. 160. non est privatus aliquis fœnerator & usurarius, qui per aliorum labores ipse otiosus cupiat impinguescere: Sed Respublica seu Civitas, quæ minoris vice fungitur, & sub aliorum, veluti patrum, cura degit. (2) debitor etiam est municeps aut incola, cap. 1. in f. qui matri suæ omnem debet gratitudinè, ac labore sudoreque suo sustentare eam tenetur, quæ illum in lucem protulit. (3) Ratio desumitur ab objecto & fine: aurum enim hoc à piis hominibus in necessarios usus Patriæ fuit relictum: qui usus cum habeant causam necessitatis & indigentia continuam perpetuamque; meritò etiam fontes perpetuorum compendiorum inquiruntur & admittuntur (4) Ratio petita est à forma Conventionis: neque enim pecunia ad certum tempus credita est; sed cum pacto isto, ut quamdiu debitor aurum retineret, tamdiu pensiones solveret. Cui pacto contraveniret, si solo temporis lapsu, perimere ulteriorem præstationem vellet. (5) Præstationes istæ non sunt usuræ propriè dictæ & menstruæ, sed sunt pensiones quædam annuæ.

Ut autem intra annum qui pecuniam benè collocavit, sive in agros, sive in hortos, sive in prata, sive in pecora largo coronatur redditu, sic æquum est eundem de lucro suo etiam non nihil participare suo benefactori.

A R T I C U L U S III.

De mente & genuino intellectu Bullarum Martini V. & Calixti III. Pontif. inc. 1. & 2. Clem. de Empt. Vend.

I. Audio susurros obloquentium, & quicquid tandem Justinianus

K 2



nianus voluerit, insuper habentium; dum interim ad Pontificum diplomata nos sevocent, à quibus annuorum reddituum perpetuata pensio, non Urbibus solum; Sed & Ecclesiis: imò singulis etiam personis communicato beneficio concessa fuerit. Sic enim Roderic. *de ann. rediv. lib. 1. quest. 4.* Rittershus. 4. *different, 12. & alij.* Emptionem annuorum reddituum (vel etiam ad dies vitæ) ut Jus Pontificium, ita & Constitutiones Imperij promiscuè permittere dicitant.

II. Sed injuriam fieri Pontificibus istis, & neutrum redditus annuos promiscuè vulgasse, omnibus Literas Pontificias cum iudicio legentibus apparebit. Equidem si supplicantes ipsos *in d. cap. 1.* respiciamus: sunt illi non tantum Magistratus aut Clerus; sed & nobiles & incolæ & habitatores Civitatis & Dioceseos Vratislaviensis: Verum nec illi distributivè & seorsim assumendi sunt (sed collective) neque enim suam tanquam Creditorum causam singuli Cives perorant; sed alios Creditores & emtores designant, nempe (1) personas Ecclesiasticas (seu collegia personarum Ecclesiasticarum, ut oppositio Sequentis exempli exigit) (2) collegia Secularia aut Universitates (3) Oppida vel Civitates: His enim alij Principes, Barones, Milites, Cives, super bonis suis, dominiis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus & hæreditatibus (*heredis, v. notata ad Coll. Iur. Arg. de hered. petit. th. 1.*) vendere solebant annuos redditus, conditionibus æquis & honestis; *exempla postea videbimus.*

III. Nec ista tantum facti expositio singulos, privatos cives à privilegio Pontificio excludit; sed ipsa quoque petendæ & concedendæ confirmationis causa: Ea *in versic. quodque* his verbis indicatur: quod super huiusmodi censibus plurima beneficia Ecclesiastica, Collegia, Canonicatus & Præbendæ, dignitates, personatus (. quæ vox *ut hoc obiter indicem*, barbara est, & post Alexandr. demum invaluisse, & à Gallico idiomate petita fuisse videtur, quibus clerici, personæ, commodi^o & honesti^o appellantur, quàm homines. *v. Cuja. ad rubr. de præbend. & dignit.* ab his ergò honoratioribus clericorum personis dicti personatus, qui sunt functiones Ecclesiasticæ, dignitatibus inferiores, ut Diaconorum, Hypodiakonorum atque Clericorum vulgarium. *Can. questum. 4. caus. 1. quest. 3. adde not. ad cap. 4. de restitut. spoliat. & ad cap. 28. Extr. de præbend.*) & officia, vicariæ, altaria numero plus quàm duo millia erecta, dotata & fundata fore noscantur. IV.

IV. Nec impulsiva tantum causa, collegiis propria & pecu-
 liaris, ceteros singulatim excludit: sed etiam ipsa decidendi ratio,
 qua Pontif. Martin^o V. indicat *in vs. Quia etiam*. Quod sc. (1.) ex re-
 latione peritorum compererit, contractus ejusmodi esse juridicos,
 id est, Juri scripto in hac causa Universitatum consentaneos. *d. Ne-
 vell. 160.* Adeoque (2.) juxta determinationem Doctorum illam
 juridicam, licitos. Denique idem exigit decisionis & responsionis
 Pontificiae figura, quae non pronunciat contractus istos toto suo
 genere & absolute sine respectu personarum & causarum, licitos;
 sed cum relatione ad moderamen Juris Civilis, quatenus modo,
 Juri communi, conformi ineuntur: *in verbis: Licitos, & Juri com-
 muni conformes. add. B. Bonium de censibus, artic. 8.*

V. Eadem explicatio locum habet in rescripto Calixtiano, quae
 adeo etiam sequestrat a dispensatione illa vulg^o τῶν δαυσῶν & oti-
 osorum privatorum. Sive enim supplicantes ipsos, & quibus haec
 gratia indulgetur; sive causam indulgendi procatartica ac fina-
 lem: sive rationem & fundamentum confirmationis requiras:
 ubique Pontificae, Ecclesias & Universitates tantum respexisse li-
 quidissime deprehendes.

Nimirum supplicantes indicantur illo versiculo: Johannes Epi-
 scopus Mersburgensis: & iterum in fine rescripti, ubi signifi-
 catur quibus succurrendum sit. *vers. volentes*: nempe Praeposito,
 Decano, Capitulo, ac aliis beneficiatis.

Causa supplicationis & indulti, qua Pontifex movetur & impel-
 litur, comonstratur illis verbis: *in vs. quare pro parte Episcopi*. Quod
 in talibus sic emptis censibus & redditibus, fructus, redditus, & pro-
 ventus plurium Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium sic in t.
 & Ecclesiasticorum beneficiorum Civitatis & Dioecesis, & partium
 praedictarum, nec non ferè omnes quotidianae distributiones, quae
 in plerisque Ecclesiis, divinis interessentibus (*nota elegantissimam
 phrasin Salmasine*) ministrari solent, consistere noscantur. Deni-
 que fundamentum decisionis suae collocat Calixtus in ipsa deter-
 minatione Martini, cujus vestigiis omnino se inhærere, profitetur.

VI. Manifestissimum ergo evadit, & Imperatori Justiniano &
 Pontificibus Martino atque Calixto per injuriam imputari, quasi
 ipsi sub emplastro reddituum annuorum, hoc est, sub commento
 peregrini vocabuli usuras foeneratitias iterum promiscue admise-
 rint. Cum ipsos omnia quae praemisimus argumentorum causa-
 rumque

K 3 rumque

fi-
er-
n-
it.
fe-
ad
ro-
tus
ju-
ap.
sed
tif-
unt
am
nt,
Ec-
lle-
s e-
do-
bus
ole-
cem-
ves à
nce-
ndi-
lesi-
ona-
ndr.
qui-
n ho-
iori-
s Ec-
iaco-
us. i.
e pra-
a ere-
IV.

rumque genera ab hac calumnia excusent : & quemadmodum
causa. sic & dispositio limitata limitatum & moderatum ; non au-
tem indefinitum & excessivum producere effectum queat. *Tira-
quel. in tr. cessante causa. part. I. n. 147. Brunor. à Sole in loc. commun.
verb. causa. n. 9. Ac juxta illud Poetæ ; usus & modus laudem ; abu-
sus autem & excessus crimen habeat. Augustin. in c. quisquis. di-
stinct. 41. Wesemb. in parat. de Acquir. rer. domin. n. 7.*


ARTICULUS IV.

*De Constitutionibus recentioribus, s. Receptis Imper. consuetu-
dine, observantia & communi cum Legistarum, tum
Canonistarum opinione.*

I. Sed regerent fœneratorum Patroni, Jura hæcenus relata
inter abrogata censenda esse, prævalente consuetudine & loco-
rum observantia, quæ communi Doctorum utriusque Juris calcu-
lo roborata, non tantum singulis locorum dynastiis probata : Ve-
rùm postea universalibus quoque Comitibus sic permessa sit, ut ho-
diè nullus Judicum ambigat, privatis etiam super redditibus an-
nuis Jus dicere. Sic enim & jam olim ab aliquot sæculis, & jam to-
ta die instrumenta cautionis & translationis annuorum reditu-
um inter privatos vigere cernimus ; ut hæ formulæ ceu solennes
& omni dubitatione atq; exceptione majores laudentur, quarum
exemplum in juniorum gratiam, hic adscribemus :

Coram Nobis Iudice Curia Argentinensis Constitutus Nicolaus, dictus
Störex/Panifex Argentinæ, & Katharina, ejus uxor legitima, confessi
fuerunt, & in presentia Heinrichi, dicti Günther / Procuratoris Hono-
rabilium Dominorum Decani & Capituli ac Officii Porta Ecclesia sancti
Thoma Argentinensis coram Nobis presentis publicè recog noverunt se Curia-
am, Duas Domos, videlicet anteriorem & posteriorem, cum earum areis, ad-
ficiis, attinentiis, & Juribus suis universis nuncupatis zu dem Swert / sitis in
Civitate Argentinâ ex opposito Ecclesia Sanctorum, Petri & Michaelis Ar-
gentinensis, juxta domum, dictam zu dem Zeiner ex una, & ex parte altera
juxta domum dictam Barelter / habere, tenere & possidere, ac ad eos proprie-
tatis titulo spectare & pertinere, dictosq; Dominos, Decanum & Capitulum
ac Officium Porta ejusdem Ecclesia dudum & hucusque super eisdem Curia,
domibus & areis habuisse & adhuc habere, & habere debere, Redditus an-
nuos proprios, perpetuos & laudimiales unius Libra & duorum Denario-
rum Argentinensium. Igitur ipsi Conjuges consentientes in solidum pro se, &
eorum heredibus eosdem Redditus unius Libra & duorum denariorum Ar-
gentinensium, Dominis Decano & Capitulo dicta Ecclesia, pro tempore exi-
stem.

fectibus, & specialiter officio Porta ejusdem Ecclesia ab hinc in antea singu-
 lis Annis his terminis, videlicet dimidiam partem eorundem reddituum in
 Festo Natiuitatis Domini, & reliquam dimidiam partem ipsorum reddituum
 in Festo Natiuitatis S. Iohannis Baptista de Curia Domibus & areis p. a.
 scriptis solvere & dare, ac easdem Curiam, domos & areas in adificiis bonis
 conseruare & tenere promiserunt: Ita videlicet, si ipsi conjuges confitentes,
 vel eorum heredes in aliquo termino dictorum terminorum Anni cuiuscun-
 que in solutione & traditione dictorum Reddituum faciendis, ut prafer-
 tur, negligentes existerent, aut Curiam, domos & areas praescriptas in adifi-
 ciis bonis non conseruarent, quod tunc, excommunicationis sententia debe-
 ant subiacere, iudicioq; seculari aut sine Iudicio occupari & inuadi, nec non
 ipsorum pignora capi, usq; ad solutionem plenam Reddituum tunc sue ter-
 mino neglectorum praedictorum, & quousq; Curia, domus & area praescripta
 in adificia bona fuerint redacta, & si quos expensas seu damna ex hoc Domi-
 nos Decanum & Capitulum dicta Ecclesia pro tempore existentes modum in
 quocunq; sustinere contingitur & contigerit, illas & illa prae nominati conju-
 ges confitentes in solidum pro se & eorum heredib; uniuersis solvere & refun-
 dere promiserunt eisdem integraliter & in totum, super quibus quidem damnis
 & expensis verbis simplicibus Dominorum Decani & Capituli dicta Eccle-
 sia pro tempore existentium standum erit atq; credendum. Et si vel quan-
 tumcunq; seu quotiescunq; Curia, domus & area praescripta de una persona
 ad alteram ex parte possessorum vulgariter dicendo von der Hoffesassen we-
 gen transferantur, vel mutantur: Quod tunc & toties Dominis Decano &
 Capitulo dicta Ecclesia pro tempore existentibus, & specialiter officio Por-
 ta ipsius Ecclesia Laudimium Ehrschaze vulgariter dictum quoad reddi-
 tus suos praescriptos sit & debeat esse dandum, etiam si Coniuges confitentes
 praedicti vel eorum heredes meliorationes & Iura sibi in Curia, domibus &
 Areis praescriptis ultra praedictos Redditus competentes vendere & soluerint,
 quod primo Dominis Decano & Capitulo & specialiter Procuratori officii
 Porta saepe dicta Ecclesia pro tempore existentibus, venditioni exponant, &
 exhibere teneantur, qui si tantum pretii pro huiusmodi meliorationibus dare
 voluerint, quantum alter, ipsis potius vendant, & vendere teneantur: Sin
 autem alter licite vendere poterunt majus pretium offerenti, Renunciave-
 runt quoad praemissa Coniuges confitentes saepe dicti in solidum pro se, & eo-
 rum heredibus uniuersis exceptioni doli mali, actioni in factum, & quo coa-
 ctis, deceptis, vel circumuentis subuenitur, aliisq; Exceptionibus & defensio-
 nibus sibi contra praemissa quoquo modo valituris. Et in praemissorum Testi-
 monium Sigillum Curia Argentinensis ad petitionem dictarum partium
 praesentibus est appensum Actum xix. Kalend. Septembr. Anno Domini, Mil-
 lesimo Quadringentesimo Tricesimo Nono.


 Johannes Durwinger

Concor-

lum
 au-
 ira-
 nun.
 abü-
 s. di-
 eth-
 elata
 oco-
 lcu-
 Ve-
 ho-
 s an-
 n to-
 ditu-
 nnes
 rum
 dictus
 onfessi
 Hono-
 sancti
 Curia,
 ad-
 tis in
 is Ar-
 altera
 proprie-
 tulum
 Curia,
 us an-
 nario-
 ose, &
 m Ar-
 e exi-
 stem.



Defiderabit forſan aliquis recentiores etiam conſentionum ad uſum po-
ſteriorum temporum conſictas & inter privatos receptas formulas, quibus
reditus annui modo redimibiles, modo irredimibiles, modo perpetui, modoque
temporales conſtituuntur. v. Frider. Martin. tr. de cenſibus. cap. 5. n. 1. Sed
ſeriti prolixitatem inſtituto noſtro ad verſariam, remittimus Lectorem ad
theſaurum Notariorum Sattleri. parte 2. pag. 253. ſub tit. Folgen allerley
Gültz oder Zinnsverſchreibungen/ ubi 20. formulas recitat: adde Buſum, l. 1.
de annuis redit. c. 13. n. 4. & 11. & lib. 2. cap. 11. P. Dominicum de Muſſis for-
mular instrumentor. in Verbo venditio & retrovenditio pag. 319. b. Samſon
Hertzog/vn Vndericht von Contracten/cap. 14. queſt. 8. Item, informat Notar.
Adami Volckmanni. part. 1. cap. 31. ſub tit. Hauptverſchreibungen oder Kauff-
brieff auff widertäuſſliche Zinſen. B. Boriam de cenſibus. artic. 45.

II. Quam Controverſiam utique declinare ea excuſatione
poteramus, quod de remedio Juris Juſtiniani nobis proſtitutum
erat dicere: quod hodie in uſum revocari publicè intererat. Hac
enim Diſputationis noſtra ſumma, hac meta fuit. Sed, ne quid inex-
cuſum prætermittamus, poſteriora hæc & recentia Jura nimium
fortè fceneratoribus faventia penitiùs exploremus. cum Dd. opi-
nionibus deinceps facilius tranſacturi.

III. Initiò autem in Conſtitutionibus Imperii, quos Reſeſſus
vocant, animadvertim⁹ idem ferè, quod in recentiorib⁹ Pontificū
Bullis, prædicari, hoc eſt, contractus iſtos male audire, ac ſub titu-
lis & rubricis, von wucherlichen Contracten/ ſic referri & tolerari,
ut de abuſu diſertè querantur Imperatores, ac reductionem ad de-
bitam Juris determinationem optent, voveantq;. Ita Maximil I. in
reſeſſ. Imp. de Anno 1500. ſub tit. von wucherliche Contracten/ pag. 58.
Dieweil aber die Widertäuſſ allenthalben / in allen Landen gemein
ſeind/ vnd vnder dem ſchein derſelben mancherley Gefährlichkeit vnd
Unziemlichkeit geübt wird: Befehlen wir vnſerm verordneten Re-
giment/ geben ihnen auch deß hiemit vnſern vollkommenen Gewalt
vnd Macht/ der Widertäuſſ halben zimliche Form / Maß vnd Ord-
nung zu machen/ &c.

IV. Porro, cum Contractus iſte paulatim favorabilibus per-
ſonis permitteretur, ac tandem ab omnibus facta veluti Legibus
violentià uſurparetur, iidem Principes, quoties fræna, qua poſſent,
contumaciſſimo malo injicerent, Semper fundamenta indulti &
principia collocarunt ſuper ſola conſuetudine, cui nulla Legisla-
tio amplius mederi aut par eſſe poſſet: Ita loquitur Carol. V. in Re-
ſeſſ. Auguſtano. de Anno 1530. itidem von wucherlichen Contra-
cten/ &c. §. ult. p. 220. ibi: Vnd/ nach dem die Widertäuſſ Gült-
ten

ten allenthalben in Landen gemein sind: So soll hinfürter von dem hundert nicht mehr denn fünf / wie gebräuchlich / gegeben und genommen werden / &c. Eadem phrasi utitur idem Imp. in Reform. Polit. Augustan. de Anno 1548. itidem sub tit. von wucherlichen Contracten / &c. §. pen. & Imp. Rudolphus, in reform. Polit. Francof. anno 1577. composita, sub eodem tit. Unde colligimus permissio- nem istam in vitis Imperatoribus, velut extortam, adeoque strictis- simè esse interpretandam.

V. Quam interpretationem, si quis de ea dubitare ausit, Pon- tificali Bulla Pii V. confirmare possumus, quæ demum Anno 1568. promulgata est, & extat in septimo Decretalium, lib. 2. tit. 12. & inscribitur de forma contrahendi censum, ubi palàm profitetur & conqueritur Pontifex (1) contractus censuum non contineri in- tra limites, ab antecessoribus suis (Martino & Calixto) iisdem contractib⁹ statutos (2) sed contrariis omninò pactionib⁹ institui, ita ut propter ardentè avaritiæ stimulum, legum, etiam divinarū, contemptum manifestum præ se ferant. (3) Ideoque sancit, ne cen- sus seu redditus annui ullo alio modo deinceps constituentur, quam (1) in re immobili (2) de sui natura fructifera (3) & quæ nominatim certis finibus sit designata. §. hac igitur I. Ferè juxta monitum & mentem Lutheri, sup. art. I. §. 6. Quamvis autem bulla ista nunquam recepta usu feratur, etiam Pontificiis Doctoribus, v. Gudelinus l. 3. de Iure noviss. cap. 3. n. 5 I. P. Busius, lib. I. de re dit ann. c. 8. n. 16. (ubi ex adverso disputat, contrariam consuetudinem, quæ redditus tam à persona quam à re emere liceat, equam & rationi convenientem esse) tamen mentem & Votum Pontificum abundè declarat.

VI. Dices: Si iniquum fuerat reddituum emtores promiscuè admittere, non debent id Principes tolerare? Respondeo: Imò potentissimi etiam Legislatores sæpè coguntur illicita quædam facta admittere, quæ non probant, moribus prævalentibus, Vt in l. 29. ibi: adumbrare patientiam. & l. 38. §. 7. ibi: utiq³, si error allegetur, ad L. Iul. de adult. ubi C. I. A. 0. §. l. 17. ibi: ignorantiam simulare. C. eod. Sic lupanaria coguntur Pp. tolerare; post Veteres Becanus in ma- nual. Controv. l. 5. c. 16. n. 8. ut aliquando & honesti Viri in suis præ- diis, l. 27. de heredit. petit. nec pœnam olim fornicationi audebant statuere, nec poterant infligere. l. 12. l. 29. §. 1. C. ad L. Iul. de adult. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 4. cap. 19. Covarruv. in relect. c. quamvis. 2. de pact. in 6. §. 7. n. 27. Farinac. quæst. Crim. 137. n. 41. Ber- lich. §. conclus. 39. num. 5.

L Alle-

po-
ibus
doqz
Sed
n ad
erley
2. l. 1.
s for-
mson
otar.
auff
ione
itum
Hac
nex-
ium
opi-
cessus
tificū
ritu-
erari,
ad de-
il I. in
ag. 58.
emein
it vnd
m Re-
Bewalt
Ordo
us per-
egibus
offent,
ulti &
egisla-
in Re-
ontra
Gülz
ten



Allegantur eodem circumventiones, [quas naturaliter, l. 16. §. 4. de minor. l. 22. §. 3. locati. h. e. ἐπιμεκῶς, Novell. 77. ex natura negotiorum, & vetustissima hominum consuetudine, l. 8. C. de rescind. vend. vid. omnino Hug. Grot. lib. 2. de jure belli & pacis. cap. 12. §. 28. Dinnertum tr. de incert. rerum pretio. admittere conditores Iuris necessum habuere. Merenda lib. 1. controvers. cap. 33. ita scil. ferente non solum natura ipsius tractatus Empti Venditi, sed etiam naturali propensione eorum, qui ad emendum aut vendendum accedunt. Ant. Fab. decad. 7. error. 10. n. 9. Wesemb. in parat. de dolo malo n. 7. f. 161. ex natura & usis commerciorum ac solertia humana. & in tit. de rescind. vendit. n. 4. Cujac. in recit. cod. de rescind. vendit. pag. 373. Emtor enim quam minimo potest, emere cupit; Venditor, quam maximo potest, pretio vendit. Ac sic plerumq; diu de pretio disceptant, donec ad extremum consentiant: Cujac. d. loc. unde Venditor, qui carius distraxit lucrum sentire dicitur ex stultitia emptoris. L. 3. ad L. Falcid. qua stultitia dicitur delictum in l. 51. de Edil. edict. cap. pen. Extr. de his qua vi metusve causa. Que ut cunque his & similibus coloribus excusentur: declarantur tamen & ipsa Jctor. confessione honestati non usq; convenire. Cum Bald. in Auth. ad hac. col. pen. C. de usur. Deci in Commēt. ad l. semper in Contactibus. 157. de Reg. Jur. H. Grotius d. cap. 12. §. 26. ibi. licere in d. L. 16. §. 4. de Minor. est, non quidem fas esse; Sed ita permitti, ut nullum contra proditum sit remedium in eum, qui se pacto velit defendere. Adeoque negant complures conscientiam permissione ista satis defendi. post Bald. Arniseus lib. 2. de Jurib. Majest. cap. 1. n. 4. p. 217. conf. Levit. 19. vers. 13. ac 25. itemq; 1. Thess. 4. v. 6. cum not. recent.] Allegantur transactiones de criminibus capitalibus. l. 18. de transact. collato textu Nū. 30. v. 4. A. Matthai fundam. disp. 12. item retorsiones. l. qua omnia. 25. de procurat. contra 1. Petr. 3. vers. 9. Rennemann tr. de retorsion. Dispensationes. v. Bonaguidam de Areno h. tr. cap. 1. & 2. Layman Theolog. moral. lib. 1. tr. 4. c. 22. §. Sic alia quaedam non puniunt jura licet improbant, indeque Legislatio resultet imperfecta & manca. post Ulpian. in fragm. Cuj. in recit. ad l. 8. §. 2. C. de necess. serv. p. 769. allegans in exemplum l. & si quis 14. §. Divus Marcus. 14. de religios. & sumpt. funer. ubi rescriptum est à D. Marco: Eum heredem, qui prohibet funerari ab eo, quem Testator elegit, non recte facere. v. l. 12. §. 4. d. tit. poenam tamen in eum statutam non esse. Eaque occasione Brocardicum hoc obiter annotavit, gl. ad d. §. 14. Aliquando illicitum ex causa non puniri, alleg. l. 13. §. non perpetuo. 4. de sepulchr. violat. & l. he-

piendi avocato, quandoq; fundo, seu jure percipiendi pensiones?
arg. l. 2. C. de pact. int. emt. & vendit. Imò venditor, qui pro jure reditu-
uum à se alienato pecuniam accepit, ad illam restituendam ne-
quaquam obligatur & constringitur, sed illam perpetuò acquirit.
Quamvis ipse emtorem ad pretium recipiendum, & rem restitu-
endam possit cogere, *d. cap. 1. & 2. X. de emt. vend. d. Ordinat. de Anno*
1548. & 1577. Molin. de Commert. quest. 1. n. 21. Roderic. lib. 1. de ann.
redit. quest. 4. n. 4. adeoque concurrunt etiam in reditu pecuniario
tria essentialia emtionis & venditionis requisita (1) consensus, (2)
pretium, & (3) merx, quæ est ipsum jus & facultas percipiendi ex
re aliena reditum. *Roderic. d. loco. n. 22. & seqq. Covarruv. 3. var. resol.*
cap. 7. n. 2. nec pacta resolutiva contractus essentialiam impediunt aut
tollunt. *l. 3. de contrah. emt. l. 6. C. de pact. int. emt. & vendit.* & in-
primis illud de retro vendendo. *l. 2. & 7. C. d. t. vid. Coll. Arg. de con-*
trah. emt. §. 4. n. 2. & de rescind. vendit. §. 15. f. quod emtionis con-
tractum non immutat, aut perimit. *Conf. Tulden. in Com. C. de usur.*
n. 5. Knipschild. Exercit. 8. de contractib. quest. 5. cum his, quos ibidem
copiosè allegat. Unde ipse etiam Cujac. *in tit. C. de rescind. vend. pag.*
374. D. veram emtionem in hoc negotio agnoscit, adeoque hinc
concludit & infert: Esse legi 2. C. d. t. locum in emtione redituum.

II. Imò, inquit Salmasius, ille, cui hoc pretium pro reditu
traditum fuit (hoc est venditor) aded suum illud non facit, ut pro
eo pensionem solvat: At, nemo pro re sua quicquam alteri præ-
stat pensionis aut mercedis. Respondi. Et hoc argumentum simpli-
cem alienationem confundit cum respectiva: Et rem absolutè su-
am confundit cum ea, quæ est certa lege tradita sub censu quem
vocant reservativo: Quanquam nec hoc in jure absurdum sit, ut
pro re certo modo suâ quis pensionem solvat, ut in bonis emphy-
teuticis (de quibus Canones) feudalibus (de quibus servitia) su-
perficariis (de quibus solaria præstamus) manifestarium est. *adde*
l. 10. depollicit. Denique causa immediata redituum, censuum &
pensionum, non est pecunia seu pretium: sed Jus percipiendi per
contractum jam constitutum. *v. Martinum de censibus, cap. 3. n. 157.*
id quod mercem venditam in hoc negotio repræsentat. Carpzov.
§. respons. Electoral. 97. n. 1. & lib. 1. Respons. 107. n. 7. ibi pretium in pe-
cunia, merx in reditibus versatur. adde consult. Busi de jure redituum,
qua subjecta est libro 2. de ann. redit. p. 224.

III. Pergit ille ad mercem ipsam: In emtione, inquit, domi-
nium

nium mercis perpetuo & irrevocabiler transit in emtorem: Hic vero reditus, quem emi, quotiescunque venditori libuerit, à me aufertur, pretio restituto. Resp. (1) falsum est, hoc omni venditioni esse essentialia, ut merx sit irrevocabilis: Cum venditio sub Lege redimendi facta, toto Jure sit celebratissima. (2) Distinguendum inter Jus ipsum percipiendi, & pensiones jam perceptas. Istius enim summæ, quam emtor ex reditu quotannis percipit, irrevocabiler fit Dominus, post Gul. & Rauchb. Carpz. d. consil. 107. n. 15. (3) Nec argumentum hoc ferit omnem reditum: dupliciter enim solet is constitui, indeque duplex ac distinctum nomen: Unus enim dicitur *census reservativus*, cum Dominus rem suam seu pleno jure, seu quoad utile dominiū tantum in alium transfert, reservato sibi certo reditu annuatim ab accipiente præstando: Alter dicitur *constitutivus seu consignativus*; cum Dominus rem suam quidem retinet: sed tamen Creditori jus annui reditus petendi ac percipiendi in ea constituit ac consignat. Ex omnibus ergo argumentis istis hoc tantum conficitur: Contractum istum non esse emtionem propriè dictam; sed duntaxat analogicam. Hottom. d. l. 2. Obs. 15. *Quod sanè nihil est aliud, quam perpetuum committere paralogismum dicti secundum quid, ad dictum simpliciter.*

IV. Ultimam iniquitatem & inæqualitatem petit Salmasius à distrahendi modo: Iniquum enim ipsi videtur, ut venditor habeat reluendi facultatem: emtor non æque recipiendi, ubi libuerit, pretii sui. Resp. nulla hîc subest iniquitas, cum contractus iste celebrari debeat ad juvandam & sublevandam debitoris (& venditoris) inopiam l. si cū venderet. 13. de pignor. act. & d. l. 2. de pact. int. empt. & vend. itaq; sicubi is ad pinguiorem fortunā fuerit reversus, ut rem suam reluere queat, quæ invidia est illi hoc denegare. Conf. quæ in simili de jure offerendi ac reluendi tr. Dd. in l. ult. C. de pignorat. act. Wesenb. in parat. de rescind. vendit. n. ult. Geil. 2. Obs. 18. Berlich. 2. conclus. 2. n. 80. Adde c. ult. §. ibi: qui si venerit intra annum. Vt lite non contest. non proced. ad test. recept. vel ad sent. definit. c. pen. ext. de dolo & contum. c. ult. & r. r. ext. Qui mitt. in possess. caus. rei serv. adde 2. feud. 22. ibiq; Cuj. Co. 1. A. de dam. inf. th. 22. in f. (2) cū lex ista conventioni ab initio præfigatur, ut emtor (q. creditoris loco est) redituū, seu pensionum talium, aŋuatim sibi inferendarū à venditore, pretium det venditori, nec habeat facultatem ejus repetendi: sed ut relinquere cogatur pecuniam penes Venditorē (qui debitoris loco est) quam-

L 3 diu



diu is solvit & infert pensiones: Sanè non habet emtor, quod con-
queratur de Lege, cui se spontè submitit. per l. i. §. 6. de pos.
§. conditio. 5. de Instit. act. c. cum dilect. 22. ext. de rescript. Geil. 2. Obs.
24. n. 6. (3) Atque aded ex ipsa hac abdicatione conditionis seu
renunciatione facultatis repetendi, bonam partem defenditur
æquitas annuorum reddituum, Mastert. lib. 1. de justit. Roman. leg. cap.
20. n. ult. P. Busius lib. 1. de annuis rediv. c. 8. n. 9. & cap. 13. n. 3. & fufius
lib. 2. c. 11. (4) Econtrariò, nisi hæc lex adderetur, fieret Contractus
iste usurarius, cum eo casu non tam emtioni, quam mutuo negoti-
um responderet, & proinde accessio usurariam pravitatem conti-
neret. post Sotum & Covarruv. Gail. 2. obs. 7. n. 14. Theod. Danck
Werht noster de annuis rediv. §. 25.

V. Mille aliis causis quas superesse Salmasius ait, confutan-
dæ talis inventionis absurditati, jam dudum ab aliis quoque
occursum est: v. contra Friderum Mindanum, Fridericum Marti-
num, de censibus, cap. 3. n. 143. & seqq. Pacium ad l. 10. C. de usur. n. 9.
ubi Cujacium nominatim refutat. Eundemque Pacium ad l. 10. C. de
usur. Manzium 1. pralud. 1. Geil. 2. obs. 7. n. 8. & seqq. Borcholt. de usur.
cap. 4. ubi differentias inter usuras & rediv. assignant: & imprimis
eam quod emtor (seu Creditor) hoc casu fructum non ex re aliena; sed
propria percipiat. P. Busium, lib. 1. de ann. rediv. c. 8. ubi n. 4. quinq; dif-
ferentias recenset. (1) à formali causa: quod mutuum re contrahatur:
Emtio ista consensu. (2) à finali, quod mutuū unius causâ contrahatur:
Emtio rediv. utriusq; gratia celebretur. (3) Effectu: quod in mutuo solus
accipiens obligetur; hic uterq; (4) quod mutuum sua natura sit gra-
tuitum: Venditio autem rediv. non sit gratuita; Siquidem rediv.
solvantur pro pretio quo eas exigendi jus comparatur. (5) Adjunctis pro-
prietatibus; quia in mutuo pecunia ita detur accipienti, ut creditori
petenti eadem genere quantitas restituatur: Rediv. verò venditio-
ne agatur id, ut emptor rediv. pretium recipiat nunquam. Ad-
de ex Theologis Pontificiis Becanum, operum Theologic. tom. 2.
q. 78. p. 1114. post Sot. de justit. lib. 6. q. 5. Navarr. de Usur. §. 22. n. 72. &
seqq. Molin. de justit. tr. 2. disp. 389. & seqq. Ex nostris, D. Lutherum,
p. 2. oper. German. de Anno 1523. pag. 275. b. D. Hunnim, in epist. 2. ad
Corinth. cap. 8. pag. 341. vers. jam verò. ibi: centum florenis à proximo
tuo emis quinq; florenos, quot annis tibi pendendos, eâ pactione, ut do-
minium centum florenorum abs te planè transeat, nec tibi liceat
in æternum reposcere. Econtra verò venditori, qui tibi annuatim
quin-

quinque florenorum censum pendit, integrum sit, quovis tempore summam illam capitalem, uti vocant, tibi reponere, suamque illam pensionem annuam ad se revocare. Unde vulgo contractus emtionis dicitur Germanicè ein widerkaufflicher Zins. Quem contractum legitimum esse, nemo ferè quisquam hodiè ambigit, præter Anabaptistas, qui alioquin rerum dominia suo quodam errore convellunt. Hæc Hunnius. Balduin. lib. 4. de C. C. cap. 3. casu. 4. p. 942. in primis n. 5. ubi sic scribit: Quemadmodum agrum elocare possum, & a locatario propter perceptionem fructuum certam pecuniam aut aliquot frumenti modios quotannis petere: Ita & pecuniam diviti elocare, & ab eodem ob lucrum, quod ex ejus usu percepit, compensationem aliquam expectare possum. Nulla enim (conf. in contrarium articuli 1. §. 6. & artic. 4. §. 5. in f.) inter agrum & pecuniam elocatam hoc in genere est differentia. Sic ob certam pecuniæ summam mutuo datam, agrum aliquem hypothecæ loco mancipare & fructus creditori, loco annui interesse, ut vocant, concedere, jura permittunt: Cur ergò injustum sit, agrum & fructus retinere, & loco interesse annui, ob pecuniam elocatam certam aliquam pensionem solvere? Hæc Balduinus. ¶ Veruntamen horum omnium decisiones atque sententias hæc tantum nostras facimus, quatenus Legislationem in suis terminis consistentem tuentur: non quatenus eæ in infinitum producuntur & fœneratorum quoque artibus patrocinium præstare coguntur. v. Coll. Jur. Arg. de contrah. emt. §. 67. n. 3. & Cujac. in recit. C. de rescind. vendit. pag. 374. D. ubi ait: unicum tantum esse de emtione reditu in Iure nostro (civilis) locum, nempe d. Nov. 160. Sanè an jus annuorum reditu in illa usurpata latitudine ex his rationibus quæ supra art. 1. hujus partis §. 4. & seqq. allatæ sunt, satis fortiter defendi queat, valde ambigimus, cum respectus personæ & conditionis debitoris æque in censibus ac in usuris observandus sit: ac tum argumenta ea usuris quoque sine magna discrepantia ac difficultate queant applicari.

ARTICULUS VI.

Conclusionem, cum assertionem ulteriorem primæ limitationis, continet.

I. Quicquid autem de annuis reditibus inter privatos constitutis postremis istis temporibus placuerit (nolumus enim cuiquam hac de re litem movere; cum non de consuetudinis, sed legis potestate hæc vice disputemus, conf. infr. art. 8.) firma interim manet



manet prima hæc limitatio ; quod dispositio Justiniana de altero tanto non procedat in redditibus annuis Civitati debitis. Quam limitationem ut claro textu fundatam eoque præcipuam non debebat prætermittere Berlich, 1. *Decis.* 30. *illa enim quam n. 5. subicit nimium generalis & incerta est. v. inf. art. 8.* Maximè, cum & Gothofredus Synopsin hujus Constit. in ipso tit. C. de usur. l. ult. retulerit : Basilicon fretus auctoritate.

II. Conducit ad asserendam & firmandam hanc limitationem epigraphæ sive titulus hujus Novellæ 160. qui è Bibliotheca MS. Gall. Reg. repræsentatus est, hunc in modum : *De pecuniis & usuris Civitatum* : Cum in Græca Scrimgeri editione tantùm hæc habeatur inscriptio : *ἵσων δὲ τῶν πηγυματικῶν τύπων* : Satis enim indicatur in d. Novella, Imperatorem hoc tribuere favori Reipublicæ, ne illi legata & pecuniæ suæ depereant, nullive sint usui : quod facile contingeret, si hic etiam, quemadmodum in usuris, duplo finirentur ac sisterentur annuorum reddituum præstationes : *quæ verba sunt Rittershusii part. 3. Novell. cap. 9. n. 18.* Quorsum & illud axioma Imperatoris pertinet, quo constituit : oportere Imperatorem ex æquo curam gerere civitatum, ut rerum fiscalium.

III. Neque tamen est, quod Civitates Jus talionis metuant. *arg. t. t. Quod quisq; Iur. l. pen. de Solut. Aleman. consult. 8. quæst. princip. 6. pag. 808. Cothmann. 1. resp. 34. n. 154.* Quia novum in Jure non est, ut plus Juris tribuatur civitatibus quàm privatis : *aiente Rittershus. d. cap. 9. n. 18. & ex eo, more solito M. Stephan. ad Novell. 160. n. 7.* Ita, v. gr. ex pollicitatione (quam miserabili errato magnus ille Iuris Baccalarius Cl. Salmasius, in tr. de modo usurarum. c. 7. p. 282. Contractibus bonæ fidei annumerat : *vers. pollicitatio autem ut bonæ fidei contractus* : idque tanquam singulare ἀξιομνημόνστον in Indicem quoque operis retulit) obligatur quis civitati ad præstandam pecuniam, vel ad opus faciendum, quod ipsi promittit. *ut est in tit. de pollicitat. cum aliàs nemo, exceptâ causa dotis, obligetur homini privato ex nudo pacto, vel pollicitatione. Ita Rittershus. & Stephan. dict. loco.* alia exempla habent Gloss. & Rebuff. *ad l. 1. de V. S. & generaliter rescripsit Imperator Alexander in l. 3. C. de Iure Reipubl. lib. 11. tit. 29.* moris esse, Rempublicam, ut pupillam extra ordinem juvare. *& in l. 4. C. ex quib. caus. maj. dicitur ea uti jure minorū. cap. 1. de in integr. restit. Bartol. in l. nulli. Quod cujusq; univer. Iason. 1. consil. 118. n. 2. Gail. 2. observ. 62. n. 4.* Nec adversatur huic enunciatio,

to, quòd alibi civitates, præsertim inferiores, privatorum loco cen-
sentur. *l. eū qui vectigal. 16. de V. S. Gail. 2. obs. 7. n. 8.* Id enim verum
est, quoties civitates municipales cum ipsa Republica seu civita-
te Rom. comparantur: tum enim publici appellatio respicit tan-
tūm ad populum Romanum. *l. 15. de V. S. Gædd. ad l. 16. d. r. n. 4.*
Aliud autem est, si agatur de jure civitatum absolutè spectato, aut
comparatione cum causis privatorum instituta: tum enim illis
æque ut ipsi Reipubl. Rom. plerumque succurritur. *l. legatis. 8. Ex
quib. caus. maj. Cujac. ad d. l. 16.*

IV. Addendum & hoc est ad objectionem ex L. 1. & t. t. *Quod
quisq; Juris desumtam*: loqui eam de impetrato quodam Jure
novo, id est iniquo *l. 3. d. t. aut injurioso. l. 1. §. ult. eod.* At constitu-
tio Novell. 160. diversa potius & specialis dicenda est, quàm nova
& iniqua. Quod enim dicimus in Republ. quoque obtinere, ut si
illa debitor sit, usuræ supra alterum tantum ab ea non exigantur:
Id Juris communis & regularis est: Istud autem, ut Reipubl. cre-
ditrici annui reditus in infinitum (donec redimantur) currant, est
Jus singulare, & privilegium civitatibus tributum, adeoque non
trahendum ad consequentias. *l. pen. de reb. cred. Utique quod lege
permittente, aut ex singulari beneficio alicui contingit, non est
ita interpretandum, ut in pœnam aut detrimentum provisi reci-
dat. arg. l. 4. C. ad L. Jul. de adult. l. Paulus 8. de Prator. stipul.*

V. Ad eundem modum Ecclesia Debitrix gaudet beneficio
Novellæ 120. cap. 6. §. 2. adversus creditores suos: At, è contrario
Debitorum Ecclesiæ non utuntur eadem exceptione adversus Ec-
clesiam; sed coguntur esse contenti beneficio communi. *Novell. 4.
cap. 3. ubi vide M. Stephan. n. 36.* Ita in exemplo congemino, *per l. ex
nudo. 30. de Usuris* Civitatibus etiam ex nudo pacto usuræ ab eis cre-
ditarum pecuniarum debentur, quamvis nullo suscepto periculo:
Nec tamen vice versâ, Civitas debitor ex nudo pacto ad usuras
obligatur. *Raguel. ad l. 26. §. super. C. de Usur. pag. 250. per l. 3. C. de
Usur. l. 24. de Præscript. Verb.*

ARTICULUS VII.

De Extensione Novellæ 160. ad causam usurarum civitati debitarum.

I. Hæc quoque ad pleniorum Novell. 160. intellectum per-
tinet disquisitio: an nimirum id, quod de rebus annuis ibi di-
spositum & civitatib⁹ indultum est, ad usuras quoq; referri queat?

M

Vt



Ut nempe pecunia à Civitate fœnori locata pactas usuras iridem sine ulla temporis præfinitione (phrali Salmasiana) pariat; an verò in usuris secus sit dicendum, & ubi usuræ ad alterum tantum ascenderint, tota obligatio extinguatur.

II. Affirmativam sententiam fovet ac propugnat Pacius, in *Anal. C. de usur. §. 3. ibi*, hæc definitio (de altero tanto) neq; in annuo reditu locum habet, neq; in pecunia Reipubl. debita. Idem sentire videtur Joach. Stephani in not. ad d. Novell. 160. ubi ait: præmissa Iura & Novellas (de altero tanto) potissimam ad privatos debitores & danistas pertinere: non autem ad universitates, [ut puta, civitates, collegia, Ecclesias & corpora alia] extendi, quibus ex singulari publica causa favore semper usuræ currant, nō attenta quantitate dupli sortis. Col. 1. A. tit. de usur. §. 23. n. 2. ibi: sed hoc (ut usuræ desinant deberi, si sortem aquaverint) non procedit in usuris pecunia municipalis.

III. Poterat equidem assertio ista validissimo argumento vocari in dubium, ex ipso cap. 1. d. Novell. 160. petito: ubi Imp. rationem diversæ decisionis & differentia, [hujus inquam, constitutionis posterioris & superiorum de altero tanto loquentium] in eo collocat: quod præfens species illam non attingat: siquidem hoc negotium [quod in Novell. 160. occurrebat] magis annuo reditu, quam usurarum præstationi simile videatur. Unde colligere in proclivi esset, etiam in usuris civitatū aliud dicendum fore. Quomodo hæc verba etiam inducit Gudelin. de Iure novissimo. lib. 3. cap. 3. n. 39. & Pacius ipse in *Comm. ad l. 10. C. de usur. n. 9. quem versum mox integrum referemus.*

IV. Quia tamen hæc ratio potius ad respondendi quam decidendi causas pertinet, videamus an affirmativa seqq. rationibus possit suffulciri. Initiò quidem urgere poteramus titulum, quem Novella ista in Indice reginæ habet: *de pecuniis & usuris Civitatū*: Itemque illum quem vulgata repræsentat: *Exemplum sacra Pragmatica forma, de usuris*. Sed quia ista vox in Græco non habetur, & aliàs incertæ sunt autoritatis Novellarum inscriptiones, huic fundamento non insitemus. Illud magis facit, quod in præfat. Imp. his verbis utitur, perinde esse, sive quis id pactum, reditum sive *usuram* appellare velit: tametsi enim ea verba pars sint narrationis, non decisionis: Quia tamen in ipsa sanctione & decisione generali Imp. utitur verbo pensionis, non refragabimur his, qui Reipubl. fœnori velificantur. Nam & Græcum $\tau\epsilon\lambda\theta$, aliquando genera-

neraliter usurpatur, nec vectigal tantum aut tributum, sed alias quoque præstationes aliquando designat. v. Gothof. ad l. 7. ibi: *omnis fructus rei. De Usur.* ARTICULUS VIII.

De extensione Novellæ 160. ad alias quoque personas.

I. Docuimus hæcenus Imper. in d. Novell. 160. disertè & nominatim de civitatibus disposuisse, & ab eo adductas rationes præcipuè niti favore Reipubl. & ejusdem utilitatem atque conservationem respicere. Quod vel ipsa constitutionis attentæ perlectio omnibus reddit quàm manifestissimum. Nihilominus reperiuntur ex Interpretibus, qui redditus annuos ubicunque tandem admissos, etiam inter privatos constitutos, privilegio perpetuitatis & exemptionis à LL. de altero tanto caventibus, gaudere arbitrantur.

II. Sic enim ex communi Pragmaticorum sententia decidit Berlich. i. *decis.* 30. n. 5. scribens: Si quis annuas pensiones, census & redditus emat, ut pro centenis aureis ex fundo aliquo, vel domo singulis annis solvantur census vel pensionis nomine quinque aurei: emtio ejusmodi [sive redditus constituentur in pecunia, sive in frumento sive aliis rebus] benè valet, ac census illi solvi debent, etiam si post multa annorum curricula, puta, post viginti annos excedant pretium, & alterum tantum superent. Ex autoribus laudat Gailum & Mindanum locis supra adductis. Experientiam verò adeò testatam & notam esse prædicat, ut præjudiciorum allegatione non sit opus. *Add. Carpzov. 3. constit. 24. defn. 19. num. ult.*

III. Ex theoreticis etiam non pauci id docent: Inprimis Pacius negat favorem civitatum hîc spectandum esse: sic enim in *Comment. ad l. 10. C. de usur. n. 9.* absolutè scribit & loquitur: pag. 731. illud non est omittendum, annuos redditus longè differre ab usuris, ideoque deberi etiam ultra duplum, imò in perpetuum, donec fors apud debitorem maneat. Ita enim Justinianus constituit, Novell. 160. & quamvis ibi loquatur de Reipubl. & aliquo modo consideret etiam favorem Reipubl. Tamen præcipuè nititur distinctione annui redditus & usuræ; nec vult eum terminum dupli obtinere in annuis redditibus, ut in usuris. Hæc Pacius. Qui solam in objecto; nullam in subjecto differentiam admittere videtur.

IV. Enimverò, præterquam quod hæc sententia ex analysi præmissa, manifestè refellitur; nullatenus convenit naturæ & qualitati hujus constitutionis, quæ tanquam privilegiaria & exorbitans,

tans,



tans minimè trahenda est ad consequentias ; nec extendi debet
ratiocinatione l. 32. *ibi*: quicquid hęc Lege specialiter non videtur ex-
pressum, id veterum Legum & Constitutionū regulis omnes relictum in-
telligunt. C. de nupt. Forsterus lib. 2. Interpr. cap. 2. n. 4. & seqq. Decius. 1.
consil. 1. n. 369. ubi ait: Correctoriam dispositionem nunquam extendi.

V. Maximè, cūm pleræque decidendi rationes in privatis defi-
ciant. Eberhard. in loco. à ratione Legis larga 79. n. 39. & seqq. Et fru-
strā aliàs futuri fuissent Pontifices Martinus & Calixtus, qui con-
stitutionem hanc tanto conatu ad Ecclesiastica quoque corpora
traduxerunt: Si jam tum dispositio hęc omnibus ex mente Justi-
niani promiscua erat & vulgata. Adeoque, si maximè alibi consue-
tudo privatis etiam fœneratoribus usum annuorum reddituum in-
dulgeat: Illi tamen quoque reditus sub moderatione & determi-
natione Legum meritò relinquuntur. Coniunge quæ supra diximus,
art. 4. §. 7. ¶ Nisi & hic supposita consuetudine, pauperibus & mi-
serabilib⁹ creditorum personis, quæ aliundè sustineri non possunt
plusculum indulgeamus. v. Gabr. Alvarez. de privileg. pauper. part. 1.
quest. 28. Cum & hic Canon Dd. applicari possit, quo traditur: in
pari momento miserationis, potius creditori prospiciendum atq;
sic definiendum esse, ut debitor magis quam creditor egeat. Zasius
in commen. ad l. 12. & seqq. solut. matrim. n. 20. Matth. Coler. part 2. de
processib. cap. 3 n. 126. Vinnius in §. ult. I. de Acti. n. 2. adde Dn. Frider.
Balduin. lib. 4. de. c. c. cap. 3. casu 4. §. 3. *ibi*: sunt divites mercatores, no-
biles, Resp. integra, ipsi etiam principes, qui pecuniam accipiunt. & pag.
941. vers. quid de divitibus. Si enim omninò egendum sit alterutri,
æquius existimatum est, debitorem indigere non habendo respe-
ctum ad splendorem unde vivat, quàm creditorem carere necessa-
riis. Iason. ad §. item si de dote. n. 10. Inst. de Act. Bartol. in l. Maritum. 12.
n. 4. & n. l. 43. n. 1. solu. matrim. Cūm iste patiatur diminutionē sui pa-
trimonii. arg. l. 3. de damno infecto. Econtrariò autem debitor de ca-
ptando lucro certet. Exempl. l. ult. C. de Codicill. & ordinata chari-
tas à seipsa incipiat. arg. l. si qs à liberis. §. §. de alimentis, 25. de agn. &
alend. lib. cap. 1. de suppl. neglig. prelat. in 6. cap. quiescamus. dist. 42.
Certè unum altare non sit detegendum, ut alterum tegatur. Bald.
& ceteri in l. assiduis. 12. §. exceptis. C. qui pot. in pignor. hab. Colerus. d.
n. 126. D. Phil. Zorer. in seinem rechtmässigen Bedencken vnd Vor-
schlag über etliche Vorfallende nothwendige Fragen/ wie es nemlich
mit Bezahlung allerhand Schulden/ıc. jetziger Zeit zu halten. pag.
n. 6. & seqq.



VOTUM PRAESIDIS, ALLUDENS
ad Nomen Praestantissimi ac Doctissimi Domi-
ni Respondentis

C A S T I I :

¶ I ¶

CISTA Parens fuerat thesauri juris & aequi;
Hunc promens natus vel Patre major eris.

¶ II ¶

EIDEM DN. RESPONDENTI.

TAM dudum inter Te, Musis gratissime Kasti,
Et sacram Themiden mutuus haret amor.
Fas & jura tuo quarunt in pectore sedem,
Tu pulcro hospitio cuncta nitere facis.
Illa domum parvam variis ornatibus augent,
Ordine tu quaevis condis in ingenio.
Illa suas tibi divitias cum faenore cedunt,
Tu verò usuras exigis inde novas.
Et famuli ante fores studiumq; laborq; morantur,
Intus doctrinam quis latitare neget?

Amico meo

feci gratulabundus

Ioh. Ioachimus Frantz.

Vsuras




VSuras cognate petendas, Praeside Magno
 Quem non condignis extollere laudibus ore,
 Aut tenui nostro fas est includere scripto;
 Nam toto orbe suo lucet splendore serenus;
 Proponis: nec te stimulas malesana cupido
 Aut levis ambitio, sed magni clara Parentis
 Virtus, & summipraeclara scientia juris,
 Qua vestigia recta tenens virtutibus ornas
 Mentem, nec concessa Deo tibi pramia perdis;
 Sed petis usuras, ut quando revertitur olim,
 Usuras cum re concessa reddere possis.
 Maeste virili proposito, quod fortiter urges
 In Patria, vergat feliciter addo salutem.

Amico suo Animum declare voluit

Joh. Jacobus Gamps.


F I N I S.



X 2615889

VD 17







DISPUTATIO IURIDICA
SOLENNIS
DE
ANNUIS RED-
DITIBUS.

410
~~Disp. 110.~~
27

An & quando illi ultra Alterum tantum
debeantur,

Ad Explicationem Novell. 160. & Text. parallel.

DIVINA FAVENTE GRATIA,
SVB PRÆSIDIO

AMPLISSIMI CONSVLTISSIMI ET
EXCELLENTISSIMI VIRI

DN. IOH. OTTO THA-
BOR, U. J. D. ANTECESSORIS, IN
INCLYTA HAC UNIVERSITATE COD.
AC FEUD. PLACIT. PROFESSORIS ORDINA-
rii, & spectabilis Facultatis Juridicæ h. t. Decani, Dn. Patroni
ac Præceptoris sui æviterno observantis animi
cultu demerendi.

Ad diem 7. Martii, horis matutinis,

DEFENDENDA

â

JOHANN-PHILIPPO Rast / ARGENTINENSI

suscepta

In auditori Majori

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDREÆ.

M. DC. XLVI.

